

persisq: capiendum. hoc est enim quod significat. donec ueniat
tempus terrae eius & ipsius. sed nec hoc habetur & ipsius. sed nec hoc
habetur ~~& ipsius. sed nec hoc habetur~~ in lxx. & seruient ei gentes mul
tae & regis magni. non dixit omnes. hoc enim propriae xpi debetur
imperio quamquam iuxta symmachum non legatur. seruient ei gen
tes multae & reges magni. sed sufficient eum seruituti gentes multae & re
ges magni ut ipse quoq: seruiat medis & persis cui omnes ante seruie
rant. hoc quod ex hebraico posuimus de diei ut seruiant illi & seruient
ei omnes gentes & filio eius & filio filii eius. donec ueniat tempus terrae
eius & ipsius. & seruituti eum subiciant gentes multae & reges magni.
In lxx ut iam diximus editione non legitur. Gens autem & regnum quod non
seruierit nabuchodonosor regi babylonis. & quicumq: non curuauerit
collum suum sub iugo regis babylonis. in gladio & fame & peste uisitabo
super gentem illam ait dns. donec consumam eos in manu eius. Non solum dns
peccatrices gentes subicit nabuchodonosor. sed & apostolus de pecca
toribus loquitur. quos tradidi satanae ut discant non blasphemare.
& in alio loco. tradidi huiuscemodi satanae in interitum carnis. ut spus sal
uus fiat. potestatibus quoq: oboediendum monet. non solum prop
ter iram sed & propter conscientiam. ne condemnemur a beis. Uos ergo
nolite audire prophetas uestros & diuinos & sommatores & augures.
& maleficos. qui dicunt uobis non seruietis regi babylonis. quia men
dacium prophetant uobis. ut longe faciant uos de terra uestra & eiciant
uos & pereatis. Gens autem quae subiecerit ceruicem suam sub iugo re
gis babylonis & seruierit ei dimittam eam in terra sua dicit dns. &

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0274